Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De iustistia et iure - Cod. Ettenheim-Münster 197

Bach, Iacobus

[S.l.], 1636

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-117148

Visual Library

SECTIO I.

De iniustitia iudicij temerarij.

Ubi de suspicione, dubitatione, opinione &c.

Pro explicaẽ terminorum nota iudicium temerarium dici qđ sine sufficienti fundamento fit. huius. a. assignantur plures gradꝰ qui ad ipsum reducuntur. primꝰ ē dubitaõ, cum dubitamꝰ de probitate ē probitate alicuius, dubitare. a. ē neutri parti adhærere sed suspendere assensum, unde Ar.les 3. metaph. cap. 3. comparavit hoiem dubitantem hoi ligato qui ad neutram partem fit procedere. 2dꝰ gradꝰ ē suspicio quando hõ in alteram partem inclinat, nõ tñ determinate assentitur, sed ht quandam inclinaõem seu assensum inchoatum quatenꝰ probabiliter iudicat latere ibi aliqđ fundamentum ad opinandum. 3tiꝰ ē opinio seu assensꝰ determinatus de re ipsa, cum formidine tñ vel actuali vel saltem radicali, quatenꝰ si hõ interrogaretur an res illa eẽt certa, responderet sibi ñ eẽ certam, imo fortasse nõ ita eẽ prout ipse existimat. hæc etiam opinio appellari solet aliquando suspicio, ē ita videtur usurpari nomen suspicionis a S. Thoma in præs. art. 3. Aduerte tñ suspicionem cõiter accipi pro opinione mali, nam opinio boni ñ dicitur suspicio sed existimaõ, hinc etiam ē qđ dicatur aliquis suspicione laborare ē in suspicionem venire, qđ semper sumitur in malam partem. 4tꝰ gradꝰ ē assensꝰ firmꝰ, hoc ē, sine formidine explicita vel implicita. 5tꝰ deniq ē iudicium externum seu sentia condemnatoria seu externꝰ prolata. hi oẽs gradꝰ sicut sese suo ordine superant, sic maiora exigunt fundamenta ut vitio careant. Omisso itaq quinto qui pertinet ad solos Iudices, de quibꝰ postea seorsim dicemꝰ; nunc de quatuor primis proponemꝰ breviter aliquas assertiones.

Prima ergo assertio sit: Iudicium temerarium firmum, qđ pertinet ad 4tum gradum suprapositum, ē peccatum mortale contra Iustitiam, si fiat cum plena aduertentia ē sit de malo gravi nři proximi. dixi si fiat cum aduertentia plena, qa sæpe excusantur huiusmodi iudicia pp defectum

perfecti

affecti voluntarij ad malitiam: et gravem iudicij oportet quod [illegible] hoc advertens plene iudicium esse temerarium, hoc est, sine sufficienti fundamento et de malo gravi proximi adhuc velit iudicare vel non prohibeat Motum.

In hac conclusione conveniunt communiter Theologi in praes. dicta q. 60. art. 3. ~~Pba~~ primo ex Scriptura Matth. 7. et Lucae 6: nolite iudicare et non iudicabimini, nolite condemnare et non condemnabimini, quod idem confirmant Patres Basilius, Ambrosius, August. adducti a Lessio lib. 2 cap. 29. num. 11. quibus adde eundem Augustinum tract. 90. in Ioan. Ratione item probatur primo: quia unusquisque ius habet ad propriam famam retinendam apud alios; et sicut peccamus contra Iustitiam tollendo illam apud alios per detractionem, sic etiam tollendo apud nosmetipsos per iudicium temerarium. 2do quia haec iudicia pariunt ex se contemptum proximi, impediunt eius honorem externum et multa alia commoda, ex quo fit homines gravissime ferre quando sciunt se ab alijs temere iudicari et condemnari, etiamsi iudicium non prodierit in detractionem externam. Videtur autem hoc peccatum pertinere ad octavum praeceptum Decalogi de non dicendo falso testimonio in proximum, qui enim temere iudicat iam apud se aliquid temere proximo imponit.

Obycies primo: infamia quam aliquis contrahit ex iniusta revelatione sui criminis ad apud unum virum probum, a quo non timetur ulterius provulgandum, non est semper mala peccati mortalis in revelante, ut docent Caietanus, Petrus Navarrus, et Corduba apud Lessium lib. 2. cap. 11. num. 68. Ergo nec iudicium temerarium in re gravi erit peccatum mortale, cum apud unum solum iudicantem amittatur fama proximi sine periculo evulgationis. Respondeo primo transeat Antecedens, et negatur consequentia: nam in primo casu non imponitur proximo crimen falsum, ut suppono, sed revelatur verum; in 2do autem imponitur falsum vel certe cum levi fundamento, et quidem imponere crimen falsum grave etiam apud unum solum semper est peccatum mortale in omnium sententia. ita Respondet Lessius in ubi supra et in praes. cap. 29. num. 12. et ratio esse potest quia licet eadem sit fama, quae in utroque casu amittitur, minor est tamen iniuria auferre famam quando datur verum fundamentum, quam sine fundamento auferre. Facilius tamen Respondetur 2do, negando Antecedens in communiore et veriore sententia, de quo dicemus infra disp. 5.

Obycies

Obijcies 2do: si aliquis accipiat rem alienam per modicum temp9 v.g. per quadrantem horæ, et statim reddit eandem, non peccat mortaliter; ergo nec ille, qui lædit famam proximi per modicum temp9 iudicando temere illum in re gravi, illud enim iudicium statim pt revocare. Rx negando conseq: nam qui temere iudicat non ht animum recedendi statim ab illo iudicio, imo ht animum implicitum non recedendi nisi adsint alia motiva pro altera parte, atq ideo quantum est ex se infert saltem secundum affectum damnum grave tam ex parte temporis quam ex parte materiæ.

Hinc obiter infero quomodo excusentur a peccato gravi qui per iocum decipiunt aliquem generando in ipso malam opinionem alterius, cum animo manifestandi statim veritatem, illi enim non habent animum inferendi damnum grave, qui autem temere iudicat de alio non ht, ut dixi, animum recedendi statim ab illa mala existimatione de proximo.

Secunda assertio sit. Opinio de malo gravi alterius aliquando etiam pt esse temeraria et peccatum grave, facilius tn excusatur a peccato gravi qa minorem iniuriam quam continet. Prima pars conclusionis communis iam est inter recentiores, ut videri pt apud Lessium in præs. dub. 3. et Valentiam in præs. disp. 5. q. 4. puncto 3. post 3tiam conclusionem. ratio autem est, qa licet minora inditia sufficiant ad iudicium opinativum et formidolosum quam ad assensum firmum et sine formidine, requiruntur tn aliqua sine quibus opinio illa erit temeraria utpote carens fundamento, et quidem pt esse in grave proximi detrimentum, gravius enim est aliquem opinemur illum esse hæreticum vel incestuosum cum matre, quam qd certo credamus esse fornicarium; ergo pt graviter peccari per opinionem illam temere conceptam.

2da vero pars qd scilicet frequenter et facilius excuset opinio illa a peccato gravi, est etiam communis, et tribuitur S. Thomæ in præs. art. 3. et est multorum qui universaliter dicunt eiusmodi assensus formidolosos esse peccata venialia ex genere suo. ita Caietanus in præs. et in summa verbo suspicio, et verbo iudicium temerarium. Armilla in summa verbo suspicio. Navarrus in manuali cap. 18. num. 12. et latius in Rubric. de Iudicijs num. 48. et segg. Angelus verbo præsumptio. Ioannes Gerson alphabeto 32. littera L. parte 2. et alij quos affert Lessius et Valentia ubi supra, qui probat suam sententiam ex Augustino in tract. 90. in Ioan. ubi ait: ad tentationem humanam pertinere sine qua ista vita duci non potest,

ergo

qq nimirū de occultis hominum n̄ vera sentimus, atq; ideo ignoscendum nobis e in hac parte, addit tn̄ infra: etsi suspiciones vitare non possimus qa hoies sumus, iudicia tn̄, hoc ē, definitivas firmasq; sententias continere debemus &c. vbi Augustinus noie suspicionis comprehendere vrt videtur assensus oēs formidolosos, quos condistinguit a iudicio firmo, qd videtur excludere oēm formidinem.

Petes: quando excusentur hi assensus formidolosi a culpa gravi? Rx ex Authoribus proxime adductis plures loquū vtiliter, hoc tn̄ videtur nimium recentioribus. Valentia vbi supra excusat a peccato gravi quoties hō ita assentitur vt licet actu formaliter n̄ formidet, ita tn̄ ē dispositus vt si ita interrogaretur an id certò credat, responderet nequaquam se id certò credere, hanc e. vocat formidinem in pxa morali e propinqua. addit tn̄ postea id regulariter verum ēē, aliquando tn̄ cum illa etiam formidine pōe peccari graviter qa enormitatem rei quam de proximo opinamur. Lessius dub. 13. dicit tunc excusari eos assensus a culpa gravi quando aliquis n̄ assentitur voluntarie sciens & videns insufficientiam fundti ad sentiendum male de proximo, e tn̄ ex malitia volens ita opinari. Caeterum hoc ipsum sano modo intelligi debet, rarissimum e. erit qd aliquis sciens & aduertens insufficientiam fundti velit adhuc ita male opinari de alio, e quidem hoies hoc n̄ solum aegre ferunt, sed etiam quando alij leviter & sine vllo examine credunt quicquid mali de ipsis in mentem venit. Deniq; sicut in alijs materijs sufficit ad contrahendam culpam gravem praevidere periculum gravis nocumenti proximo inferendi, n̄ video cur etiam in hac mā n̄ sufficiat ad culpam gravem qd aliquis aduertat se, nodum examinasse pondus e sufficientiam motivorum quae sunt ad assentiendum, e aliunde per illum assensum exponit periculo laedendi temerè famam proximi in re gravi, tunc, inquam, si neglecto examine motivorum pergat ad assentiendum, n̄ video cur debeat excusari a culpa gravi licet n̄ scia sciat positivè rōes ēē insufficientes ad assensum.

Fateor quidem frequentius excusari eiusmodi assensum formidolosum a culpa gravi, tum qa minor iniuria fit per talem modum assensus, quàm per firmum e sine formidine, atq; ideo requiritur gravior mā ad contrahendam culpā gravem, tum etiam qa qui ex levibus indicijs firmiter assentitur hi plerumq; affectionem voluntatis qua imperat talem assensum firmum, nam sicut ad firmum assensum fidei requiritur

pia

pia affectio voluntatis cohibentis formidinem & impe-
rantis assensum firmum ubi motivum non sit evidentiam
rei credendæ, sic etiam in præsenti ad iudicandum fir-
miter & sine formidine malum proximi absque fundamento rei
evidenti requiritur mala affectio voluntatis quæ sæpius inficit eum assensum,
& ideo fortasse S. Thomas ex iis quæ frequentius contingunt dixit hæc iudicia
firma esse mortalia non vero cætera, nisi velis S. Thomam in primo
gradu quem assignavit egisse solum de dubitatione imperfecta, solum e-
ponit in illo primo gradu quando homo ex levibus indicijs incipit dubi-
tare & hoc dicit esse veniale peccatum. De assensu autem formidoloso
perfecto & opinativo agit art. sequenti: ut mox videbimus.

Tertia assertio sit. De suspicione idem fere dicendum
ac de assensu opinativo formidoloso, aliquando enim propter enormi-
tatem rei, quam suspicamur, potest esse peccatum grave, ut si de viro
sancto & perfecto sine fundamento suspiceris esse hæreticum, fornicarium,
vel quid simile. regulariter tamen erit culpa venialis & excusa-
bitur etiam facilius, quam assensus opinativus propter imperfectionem quam
habet & minorem iniuriam quam continet & propter minora indicia quæ
sufficerent ad suspicandum, licet non sufficiant ad iudicandum.

Restat de dubitatione: an sit etiam peccatum dubi-
tare de probitate proximi, de quo S. Thomas art. 4. ubi ait
dubia circa personas semper esse in meliorem partem interpretan-
da. circa hoc autem statim occurrit dubium quomodo S. Thomas hoc
art. 4. contemnet absolute & sine distinctione dubia de probitate
personæ, cum articulo præcedenti dixerit solum esse veniale quando
sine firmitate opinamur malum alienum, cum tamen minus videatur
esse dubitare quam opinari, nam per dubium suspendimus assen-
sum, per opinionem vero assentimur & iudicamus malum proximi.
Propter hoc mihi verisimile est S. Thomam articulo præcedenti egisse de
opinione & de dubio ex levibus indicijs & cum imperfectione seu ex
surreptione, nunc autem art. 4. agere de dubio & opinione
deliberata, quam dicit esse culpam, non definiendo gradum culpæ,
quæ aliquando potest esse gravis aliquando levis, ut vidimus & videbimus.

Loquendo ergo de dubitatione orta ex levibus
indicijs sit Quarta Assertio: De ipsa eodem fere modo sentien-
dum esse cum proportione, sicut de suspicione & opinione ex levibus
indicijs, nam adeo levia possunt esse indicia & adeo grave potest esse ma-
lum de quo dubitatur, ut hoc ipsum dubitare sit gravis iniuria,
ut si de homine sancto & perfecto aliquis dubitaret an esset sodomi-
ticus, quia vidit eum semel loquentem cum iuvene. dixi tamen

cum

cum proportione, quia minor iniuria fit per meram dubitationem,
quam per assensum opinativum, et fortasse quam per suspicionem,
et ideo minora indicia sufficiunt ad excusandam dubitationem
a culpa gravi; adverte tamen aliquando posse nos occurrente
huiusmodi motivo suspendere licitè omnem assensum, tunc autem non
dubitamus proprie de probitate alterius, non enim suspendimus assen-
sum propter vim quam nobis inferat illud motivum leve, sed quia
volumus attendere ad alia obiecta nec volumus expendere tempus
in examinandis omnibus motivis quae nobis occurrunt an sint levia
vel sufficientia ad dubitandum. Dubitatio ergo, de qua
in praesenti loquimur, est quando positive ~~dubitamus~~ iudicamus rem esse dubiam
vel suspendimus assensum, quasi partim consentientes motivo illo
levi quod nobis proponitur contra proximi probitatem.

Loquendo denique de dubitatione seu opinione orta
ex indiciis probabilibus quaeri potest: an quando adsunt talia indicia,
licet non sint evidentia, liceat dubitare positivè de probitate
actionis alienae vel etiam opinari probabiliter contra illam. de
quo sit Quinta Assertio. Quando adsunt motiva non levia,
sed quae prudenter relinquunt rem dubiam, licitum est positive du-
bitare seu iudicare rem esse dubiam. hoc videtur manifestum,
quia nemo rationabiliter tunc potest conqueri quod id quod dubium est ego iu-
dicem dubium esse, sicut enim nemo potest conqueri, si quando adsunt
motiva sufficientia ad iudicandum aliquem esse peccatorem iudi-
cetur peccator, ita a fortiori non potest conqueri si iudicetur dubium
esse id quod vere dubium est et ad quod asserendum sunt motiva suffici-
entia.

Ultima assertio sit. quando utrinque suppetunt motiva
probabilia, non licet iudicare hominem positive pravum, sed debemus
vel suspendere assensum, vel iudicare bonum. hanc intendit
S. Thomas dicto art. 4. et tenent communiter Authores citati. ratio autem
est, quia in dubio nemo est condemnandus nec infamandus et dum res est
dubia et utrinque probabilis, non debemus inclinare magis in eam par-
tem quae est contra proximum, sed magis debemus eum tueri in bona
existimatione, quam apud nos habebat.

An verò teneamur tunc positivè iudicare eum
probum, an sufficiat non iudicare improbum, verius videtur hoc secundum
sufficere, nemo enim obligatur facere ut in iudicio speculativo ex-
ponat se periculo errandi, quam imperfectionem non debet subire, imo
iuxta regulam prudentiae est, vitare illud periculum quantum fieri
potest, sic enim B.ma Virgo non habebat eos assensus de rebus, sed solum
de-

de possibilitate vel probabilitate obiecti iudicabat in actu signato
suspendendo assensum circa rem ipsam, quod faciunt etiam Angeli
in ijs obiectis quae evidenter non cognoscunt. similiter ergo poterit hoc
tunc iudicare solum de probabilitate utriusque partis nihil determinate asserendo de ipso obiecto directo.

Quando itaque dicitur esse obligationem interpretandi dubia
in meliorem partem, intelligitur primo negative seu de debito quoad
specificationem, hoc est, non interpretandi in partem deteriorem seu iudicandi pro parte benigniori si iudicandum sit. 2do intelligitur
practice et quoad effectum, hoc est, esse debitum exhibendi exterius ea munera et obsequia erga illum ac si eum probum existimaremus, non debemus enim sine probatione certa condemnare eum
practice et quasi convictum eum punire. Caeterum, negari non potest
quin iuxta proportionem dubij et probabilitatis possit merito minui
aliquantulum reverentia interna et externa erga ipsum, non enim dignus
est tanta reverentia qui habet bonitatem dubiam, quanta qui certam habet
et indubitatam. sicut etiam in foro externo reus non manifeste
convictus cogitur adhuc sustinere poenam aliquam extraordinariam
et minorem pro quantitate et proportione dubij et indiciorum quae
sunt contra ipsum.

Petes primo: an quando sunt undique motiva
probabilia sit peccatum grave iudicare probabiliter contra personam
praestando per assensum probabilem eius delicto? Respondeo esse quidem
peccatum, non tamen videri culpam mortalem, quia existentibus eiusmodi
motivis possumus licite iudicare probabile esse tale delictum, seu possumus
iudicare probabilitatem delicti in actu signato, ut vidimus, parum
autem addit supra eiusmodi iudicium aliud per iudicium quo directe
cum formidine et probabiliter iudicetur ipsum delictum, nemo enim
multum aegre ferret neque conquereretur tanquam de gravi iactura,
quod postquam iudicatur reflexe probabile esse eius delictum, iudicet
etiam directe per assensum opinativum et formidolosum ipsummet
delictum et non sufficit ille assensus ad materiam culpae gravis.

Petes 2do: quae sit materia gravis ad hoc ut iudicium
temerarium de illa, hoc est, sine sufficienti fundamento sit peccatum
mortale? Aliqui dicunt materiam gravem esse quando temere iudicamus aliquod peccatum mortale de proximo. haec tamen regula fallit
in multis. primo quia aliqui sunt de quibus iudicare aliquam culpam
mortalem non sit mortale, ut si de milite profano iudices velle
se vindicare ab eo a quo alapam accepit. 2do fallit, quia aliqua
sunt peccata venialia quae si temere credas de aliquo, peccabis

grav=

graviter, vt si de viro valde religioso e sancto iudices temere ee ambitiosum vel frequenter mentiri. 3tio qa aliqui st defectus inculpabiles, quos si temere credas de aliquo peccabis graviter, vt si de viro primario temere credas ee ignobilem e parentes habuisse infimæ plebis, aut si de Medico vel Advocato temere iudices ee ignauum e imperitum. Ratio a. vrsius e, qa sicut detractio externa tunc e culpa gravis quando aufertur apud audientes fama in re gravi, ita iudicium temerarium erit grave quando apud ipsum iudicantem aufert opinionem gravem alicuius cuiuscunq generis sit fama illa quæ aufertur, hoies e. ægre ferunt pati detrimentum famæ in ijs sibi materijs. nulla ergo alia pt regula pt assignari nisi quæ datur ad cognoscendam gravitatem detractaois, cum hoc tn discrimine, qd gravior fortasse mãa requiratur ad gravitatem iudicij interni, hoies e. magis moleste ferunt auferri sibi bonam existimaoem e per detractaoem externam, quam per solum iudicium internum.

Petes 3tio: quæ sint indicia levia, adhoc vt iudicium dicatur fieri ex levibus coniecturis? Rº illa quæ n faciunt rem ad minus probabilem. Dices: argtu probabile n sufficit ad condemnandum reum, nam vnicus testis cuiuscunq sit authoritatis, n sufficeat ad rei condemnaoem. Rº neg etiam sufficere motivum probabile ad credendum delictum alienum, si n adsit moralis certitudo, differentia tn e hæc, qd iudicium externum e condemnao per sententiam sine plena probaoe erit peccatum grave pp grave detrimentum qd infert, gravius e. e notabiliter condemnari ad poenam quam credi delinquentem; iudicium vero internum probabile denominatiuum, quando e adest fundtu probabile, n e peccatum grave, vt diximus, qa n infert notabile detrimentum illud iudicium supra hoc qd e iudicare de ipsa probabilitate in actu signato, vt dictum e. Adde ad leviorem poenam imponendam sufficere aliquando vnum testem, vt docet Lessius infra cap. 30. num. 31.

Petes 4to: vtrum sit iudicium temerarium credere id qd audio ab vno teste? Rº ponderandas ee circumstantias personæ testificantis, e illius contra quam testificatur, temporis, loci, modi testificandi &c. talis e. pt ee mãa e persona, e c, vt faciat rem moraliter certam, quare licet n sufficeret ad forum externum, qa iure Canonico e Civili requiruntur duo testes ad plenam probaoem, sufficeret tn adhoc vt sine vlla temeritate etiam veniali credatur delictum alienum. frequenter

tn n

tn n sufficiet vnius testimonium nisi alys adminiculis adiuuetur, conducet. a. ad minuendam culpam iudicij temerarij, quando e. prona testificans facit vere plenam fidem, vel certe n notabiliter deficit a plena fide. n e etiam notabilis iniuria credere pp illius testimonium, etiamsi firmiter & sine formidine credatur.

Vltimo loco aduertendum e cum S. Thoma dicto art. 4. ad 3. qd licet n liceat interpretari rem dubiam in partem deteriorem definiendo, expedit tn eā ita interpretari per quandam suppositionem, hoc e, ita nos gerere in præcauendo e. in adhibendo remedium, ac si ille alius eēt iniquus, hoc e. pacto Superiores & Prælati nihil mali de subditis præsumentes, ita tn debent pro illis inuigilare, ac si vere mali eēnt.

SECTIO II.

Quomodo peccet Iudex in vsurpatione iudicij sine debita scientia?

A Iudicio interno transeamus iam ad iudicium externum, qd e proprium munus Iudicis. requiruntur. a. in Iudice ante actum iudicij duo potissimum, nempe scia sufficiens, e iurisdictio legitima. De vtraque agendum nobis e, & prius de scia, de qua sit

Prima conclusio. Qui petit aut suscipit munus Iudicandi quo ita indignus e vt sit verisimile aliqd notabile detrimentum inde eventurum, peccat mortaliter. hæc e cōis, quam docet Nauarrus in manuali cap. 25. num. 12. Antoninus 3. p. art. 9. cap. 2. in princ. & 2. p. tit. 1. cap. 19. §. 4. Gabriel in 4. dist. 15. q. 6. notabili 2. Burgos de Paz proemio in l. tauri num. 164. & alij cōiter. Ratio a. e clara, qa n minus tenetur Iudex ad bonam sui muneris administraoem quam Medicus, Chirurgus & alij similes, qui tn tenentur abstinere ab ijs officijs si n habent eam peritiam quæ requiritur ad bene e vtiliter ea exequenda, qd si aliqd notabile detrimentum litigantibus acciderit, siue in substantia litis, siue in expensis susceptis pp Iudicis ignorantiam culpabilem, id totum Iudici imputatur eum obligaōe restituendi.

Dubium e: qualis culpa requiratur in Iudice vt teneatur ad restitutionem damnorum? Pro quo nota duplicem eē culpam, alteram Iuridicam, alteram Theologicam. primam

conni=